

Z 4
3492



FATUM
VVARNSDORFIANUM

Austerum - Prosperum,
Duabus insignium Virtutum Filiabus,
Generosi ac Præ-Strenui Domini,

DNI. JOHANN-SIGISMVNDI
â VVARNSDORF,
in Schönborn/

&
Generosæ Domine,

DNÆ. HELENÆ MARIÆ
natæ & nuptæ
de VVARNSDORF,

Quarum Una est
Generosa Virgo,

AGNETA **S**ugendreich

Quæ A. C. 1683. die 23. Mart. intr. 9. & 10. antemer. Bigis vecta,
Schönbornium profectura,

ibiq; Cognatam agrorantem invisura, egrediens,
Brevi ab Urbe viâ, in Effluvium Nissi, Equis æqvè, nescio,
quo obstaculo, perterritis,

Et, urgente quasi aliquo, in Flumen ad dextram irruentibus, curruq; everso,
præcipitata, frustra; attentatis emergendi, Eamq; extrahendi Conatibus,
miserè in aqua deperit,

(*Arigâ simul & equis pereuntibus,*)

Annum florentissimæ Aetatis XVII. itemq; Hebdomad. XXIV. & Hor. 16. egressa,
Cujus Corpus exanime paulò post infra pontem, juxta Molam, ut vocant, tri-
rotariam extractum, Urbi & Hospitio suo illatum, decenti amictu vestitum, & per inte-
gram Septimanam omnibus conspiciendum expositum est.

Altera verò

Generosa itidem Domina,

DN. **H**ELENAM **M**ARIA

Generosi & Præ-Strenui Domini

DNI. VVOLF-HEINRICI â KLÜX,
Toparchæ in Wendisch - Coland & Ellersdorff/

Conjux desideratissima,

Utpote quæ eod. Anno, eod. mens. ead. Septim. OCULI distâ d. 25. Mart. intr. hor. 6. & 7. matut.
secundopartu secundam prolem feliciori auspicio edidit,

Filiolum nempe svavissimum, brevi post renatum & nominatum
VVOLF-SIGMUND GOTTLOB,

Non sine divino Nutu, obtingens.

In Memoriam Generosæ illius Rosæ, a qua deperditæ,

Ipso Exequiarum Die, Martii ultimo, nigris quibusdam lineolis notatum,

JOHANNE CASPARO CRUSIO.

GORLICHII, TYPIS HÆREDUM CHRISTOPHORI ZIPPERI.



Ultra hominum Millia
oculis conspexerunt,
imò manibus oculatis attigerunt,
Quæ præteritâ OCULI Hebdomade
contigerunt,
Unde Multorum oculi madefacti.
FATA sunt,
Non Stoico-fatua sed divina!
Communia
Generoso Conjugum-Parentum Pari
ut antiqva Generis Nobilitate pari,
ita novâ Sortis varietate
pariter affecto.

MARITUS-PATER
est

DN. JOHANN SIGISMUNDâ WARNSDORF,
MARITA-MATER,
DNA. HELENA MARIA,

ex eodem
VVARNSDORFIORUM STEMMATE
oriunda.

Jam nunc Inqvilinorum Nomine
hac in Urbe degentes.
FATA Eorum
in Factis evidentia sunt,
Si non inverfis, diverfis tamen,
Diverfis locis, at eodem ferè tempore.
Personæ Fatis his obnoxia,
Duæ sunt ipsorum Filia,
Altera, natu major,
HELENA-MARIA,
Fæmina, matrimonio elocata,
Altera, natu minor,
AGNETA *Zugendreich!*
Virgo, matrimonio idonea.


Hæc

Hæc Gorlicii tūm præsentem habens Patrem,
 cū illa Solandii Matrem,
 Ambæ diversa patiebantur Fata,
 De quibus
 Hic erat dolendum, illic gaudendum:
 Pater enim, Gaudium illinc sperans,
 dolore hīc conficiebatur,
 Mater, illic periculum timens,
 gaudio afficiebatur.
 Pater Dolorem excipiebat
 Ob infelix Filiae minoris exitium
 Gaudium Mater
 Ob bis-felix Filiae majoris Puerperium.
 O Diversa Fata!
 Dum & hīc
 Sunt Mala mixta Bonis, & Bona mixta Malis.
 Hic moriebatur Filia,
 illic nascebatur Nepos ex Filia;
 Hæc diris immerfa aquis, amisit vitam,
 Ille Divā immerfus aquā, vitam accepit.
 O diversa iterum Fata!
 Sed qui penitiū introspiciet,
 Inversa quoq; ea deprehendet,
 hinc dubium existit,
 An non magis hic gaudendum sit, quā dolendum.
 Filia hæc miserabili quidem casu ē vivis surrepta,
 Omni miseriæ humanæ eripitur.
 Ille ex Filia Nepos, communi partu vivis traditus,
 Hujus loco, communi traditur Miseriæ.
 Hæc & vivere & peccare simul desinit,
 ille utrumq; incipit.
 Hæc Hæredio post mortem gaudet æterno,
 Ille in vita gavisurus est paterno,
 Ille sua Bona habet in Spe,
 hæc sua possidet ipsa re
 ille merè-imperfecta,
 hæc verè-perfecta.
 Hæc jamjam per omnia felix est
 Sed nec ille per omnia infelix.
 Hic Virgo nostra, AGNETA VIRTUTIBUS DIVES,
 secessit ad Virtutum Cælestium Conclave
 ubi æternis Agni Cælestis interest Nuptiis.
 Illic LUPUS *recens-natus
 accessit ad Ecclesiæ mysticum ovile,

Mysti-

Mysticis dignatus Sponsaliis
 Ut iisdem interesse non indignus sit Nuptiis.
 O felicissima igitur Fata,
 utrinq; considerata,
 Quæ infelicia putabantur!
 Ideoq; hac in parte
 Parentes Hiobo sunt feliciores,
 Quia velocius illis restitutum est in Nepote,
 Quo destituti erant in Filia.
 Felicissima iterum Fata!
 Dum hic Ea præmissa modò est,
 quæ amissa credebatur,
 Illic ille in Christi Gratiâ receptus,
 qui rejectus erat.
 Uterq; nunc in salvo.
 Abstergite ergò lacrymas oculis madentibus,
 Qui hinc inde inter Gaudia fletis,
 & acclamate utriq;:
VIVITE! VIVITE!

• *Allus. ad primum Nomen super-nati Nepotis*
Wolff.





FATUM
VVARNSDORFIANUM

Austerum - Prosperum,
Duabus insignium Virtutum Filiabus,
Generosi ac Præ-Sereni Domini,

DNI. JOHANN-SIGISMVNDI
â VVARNSDORF,
in Schönborn/

DNÆ. H. MARIAE



AGNE

endreich

Qvæ A. C. 1683. di

temer. Bigis vecta,

Brevi ab Urbe

ediens,
vis æqve, nescio,

Et, urgente quâsi aliquâ
præcipitata, frust

mentibus, curruq; everso,
rahendi Conatibus,

Annum florentissim
Cujus Corpus exanime
rotariam extractum, U
gram Sep

XXIV. & Hor. 16. egressa,
iuxta Molam, ut vocant, tri-
mictu vestitum, & per inte-
expositum est.

DN. H. MARIA

MARIA

DNI. VVO

ICI â KLÜX,

Topar

Ellersdorff/

Utpote quæ eod. Anno,
secund
Filiolum nem

. Mart. intr. hor. 6. & 7. matut.
auspicio edidit,
natum & nominatum


VVOLF-SIGMUND GOTTLOB,

Non sine divino Nutu, obtingens.

In Memoriam Generosæ illius Rosæ, aqvâ deperditæ,
Ipso Exequiarum Die, Martii ultimo, nigris quibusdam lineolis notatum,

JOHANNÉ CASPARO CRUSIO.

GORLICHII, TYPIS HÆREDUM CHRISTOPHORI ZIPPERI.



TIFFEN Color Control Patches

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

© The Tiffen Company, 2007